



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CCVIII. Markgraf Otto verleiht dem Capellan Rudolph von Dobelin, Propst zu Stendal, und dem Knappen Heinrich von Dobelin Besitzungen in Ostheeren, am 9. Mai 1363.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

CCVIII. Markgraf Otto verleiht dem Capellan Rudolph von Dobelin, Propst zu Stendal, und dem Knappen Heinrich von Dobelin Bestuhungen in Ostheeren, am 9. Mai 1363.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes palatinus Rheni, Dux Bauarie sacrique imperii Archicamerarius recognoscimus publice per presentes, quod deliberato animo et prehabito nostrorum maturo consilio, discretis Rudolpho de Dobelin, preposito ecclesie Stendal., Capellano, et Henrico, fratri suo, famulo, nostris dilectis, suisque heredibus, ob multiplicem famulatum per ipsos nobis exhibitum ac in posterum exhibendum, dedimus atque donauimus, damus et per presentes solempni donatione donamus proprietatem duorum fructuum reddituum annuorum, que hactenus tenuerunt a nobis in feudum in villa Ostheren sitorum, videlicet in curia, quam nunc colit dictus Wolghir XXI modios cum I quartali siliginis, in curia Grellingen IX quartalia siliginis, in curia Holtbuse III modios siliginis cum I quartali, in curia Swarten Arendes XXI modios siliginis et I quartale cum omnibus suis juribus, commodis, honoribus et pertinentiis quibuscunque, quocunque etiam nomine nuncupentur, iusto proprietatis titulo pacifice et quiete perpetuo possidenda. Concedentes eisdem liberam facultatem vendendi, commutandi, donandi, legandi ecclesiis aut personis, communitatibus siue locis seu quibusvis usibus deputandi conjunctim aut diuisim bona predicta, cum omni proprietatis seu appropriationis commodo atque jure, secundum libitum voluntatis eorum, appropriatione seu proprietate premissorum honorum eis, in quas aut que predicti de Dobelin aut ipsorum heredes ipsa transfulerint, perinde valitura, ac si super his concessissemus eisdem nostras literas speciales forma qua possit fieri meliori. Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris uniuersis omni juris actioni, impetitioni, exceptioni juris et facti, que nobis in premissis competat aut competere posset quomodolibet in futurum. In euident testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus duximus appendendum, presentibus Nobili Gunthero Comite in Lindoue strennuisque viris Gumperto de Aldenbuse, Johanne de Wandfleue, militibus, Henrico de Sculenborch, Guntzelino de Bartenfleuen et Henrico de Gotberge cum ceteris fide dignis. Datum Tangermundis, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, feria tertia ante festum ascensionis domini.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 114.

CCIX. Kaiser Karl bestätigt die Stadt Stendal für den Fall, daß sie an ihn fallen werde, am 25. Juli 1363.

Wir Karl, von gots gnaden Romischer Keyser, zu allen zeiten merer des Reichs vnd kunig zu Behem, Bekennen vnd tun kund offenlich mit diesem brieft allen den, die in sehen odir horen lesen, Wann die hochgeborenen Ludowig, genant der Romer, vnd Otte, Marggrafen zu Brandenburg vnd zu Lufitz, des heiligen Reichs Ertzcamerer, vnser lieben Neuen vnd fursten, mit wolbedochtem mute mit rate ir getrewen, vmbetwungen vnd mit frier wilkür, mit gutem willen vnd mit rechter wizen, mit vns etlicher sachen teydinge vnd ordenung vberyn komen